



**R. P. Maximiliani Sandæi E Societ. Iesv Doct. Theol.
Paradisvs Amantium, Colentium, Imitantium Christvm
Crvcifixvm**

Sandaeus, Maximilianus

Coloniae, 1648

26. Pater-familias mandans quotidie dari pauperibus quinque nummos (ad memoriam, & honorem quinque Vulnerum Christi) ditatur.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55065](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55065)

VI.

AMATOR CRVCFIXE

paterfamilias mandans quotidie dari pauperibus quinque nummos (ad memoriam & honorem quinque vulnerum Christi) ditatur.

26.

S. IOANNES ELEEMOSYNARIUS.

Benignitatis origo qua?

Perplexæ quaestio.

Pauperum benefactor à DEO nõ deseritur.

S. IOANNES hierarcha Alexandrinus, cognomento Eleemon, seu Eleemosynarius, cum didicisset quempiã liberalem esse in miseros, accersitum gratulabundus percunctabatur, qua ratione ad affectum & misericordiam in pauperes peruenisset? natura-ne & ingenio ad benignitatem prouo, an coactus & vi aliqua sibi facta?

Hac quaestione aliqui perculsi, præ verecundia reticebant, quæ rogabatur, alij, quod res erat, fatebantur. Quidam ex his rogatus, in hæc verba respondit: Ego Domine, bona fide nihil do, nihil boni facio. Quin hoc ipsum quod facio, & miseris porrigo, Deus & pietas tua mihi largiuntur: ita consueui.

Eram primùm durus & ferreus in pauperes. Accidit vti die quodam confusus & ad magnas reductus angustias, ita mecum ratiocinarer; nã tu si fueris

beni-

benignus in egentes a Deo nunquam defereris. Deceui igitur deinceps quotidie in mendicos *s. folles*, siue numulos quinque tribuere (intuitu, ut reor, *QUINQUE CHRISTI VULNERVM*, atque ad illorum honorē, ut apud pios Christianos fieri amat) cum autem largiri illos capissem, malus Genius me retardauit suggerens: hi folles quinque seruiunt in usum familiæ, ad olerā emēdā, aut balneum; proinde ex templo velut ē faucibus natorum subtraxi illos mendicis, nec quicquam dedi præterea.

*Tentatio
à Damone.*

Posteaquam autem animaduerti me affectu auaritiæ superatum, præcepi famulo: Tu quotidie subleges clam me, de pecunia mea numos Quinque, quos pauperibus erogabis: erat quippe trapezita, seu collybista. Seruus meum exequutus imperium, non semel quinos, sed bis quinos quotidie folles, quandoque etiam ceratia siue siliquas miseris porrexit. Atque cum ex ea re augeri nobis rem familiarem vidisset, cæpit & trimissa largiri.

*Affectus
auaritiæ.*

Miratus ego nostras ex diuina ope *Augmentum* copias, profectò, inquiebam, fili, quin *fortuna ex* que folles numulivē magna nobis pe- *eleemosy-* pterunt commoda: possis iam dare his *na.* quinos, Tum mihi famulus subidens:

D

perge

74 CHRISTVS CRVCIFIXVS

perge benè precari furtis meis, nam hodie non erat nobis, quo frueremur, panis. Enimuerò si fur quispiam Sanctus & iustus est, nã ille ego sum. Tunc testatus est, se non folles & numulos, sed siliquas, & trimisia erogasse. Tum Patriarcha mirificè recreatus, crede mihi, inquit, multa legi Sanctorum Patrum exempla, sed nihil vnquam huiusmodi cognoui. Nimirum, ita QVINQVE VVLNERVM sacratissimorum memoria accultum compensat in Amatores suos prodigus CRVCIFIXVS.

- a. Ex *Vitis Patrum*, Cap. de eleemosynâ factâ ex alienis bonis. Eadẽ ex Patrico Graecorum Latinè verbis Mattheus Raderus in *Viridario Sanctor.* part. 3. cap. 6. n. 21.
- b. folles apud Epiphanium sunt numi minuti, aut minimi; siliquæ maiores: trimisia maiora siliquis.

VII.

AMATORES CRVCIFIXI
rogantem, ut sibi praestetur beneficium spiritualis corporis, mittit ad Crucem, quippe officinam iatricam, & ad Crucifixum, ut ad Alexiacum.

27.

Antistes
quarum.

S. EPIPHANIUS Cypri Antistes, cum intellexisset quàm studiosus esse